

mulis sententiam suam proposuit, ut in utram partem magis propenderet, colligi planè non potuerit. Toto certamini

nis huius tempore eiusmodi phrasibus ipsum studuisse, Iosias Simlerus Scholæ

Consilium Buceri. P Tigurinæ professor, in oratione de vita & Martyri obitu Petri Martyris testatur, quem &

datum a ve- ipsum persuadere aliquando conatus fuit, **rè Sacra-** suum ut exemplum secutus, talibus utere.

mentarium Hist. C.A. tur loquendi modis, ex quibus nihil certi

P. 337. conclaudi posset, ut ita utrique parti inser-

viens, ambiguis illis & flexiloquis lo-
quendi formulis dissidium hoc paulatim

sopiret atque tolleret. Hasce insidiosas ac
subdolas molitiones Tigurini animad-

vertentes minimè probarunt, & liberè
atque apertè professi sunt, non velle se cō-

cordiam fucatam atque insidiosam, quæ
iuxta Buceri declarationem cothurni in-

star utriq; parti accommodari posset, &
maiores postea turbas paritura esset.

36. Vnde Consequens iam illud alterū nempè Confessionem nostram Augustanam, sensum Sa-
cramentarium nulla planè ratione admittere:
neque ex corundem scriptis de eius vero intel-
lectu ullam ex parte faciendum esse judicium.

37. Vnde verò proprius & germanus eius sen-
sus peti debeat: id ex gemino eius scopo sive fine
quem habuit propositum, perspicuè potest colligi.

Cum